


Dv 3330/1.2



M

M E

E R N

SERENI
SELLAN
RIVS, I
COLLE
DIRECT
TOR, M
RIANAE
RIAN

apu

HISTORIA
MERCVRII
ET
MERCVRIALIVM
MEDICA.
LIBELLVS PRIMVS.

SCRIPSIT
ERNESTVS GODOFREDVS
BALDINGER,

SERENISS. PRINCIP. LANDGRAVII HASSO + CAS-
SELLANI CONSIL. AVL. ET ARCHIATER PRIMA-
RIVS, MEDIC. PRACT. PROF. ORD. ILLVSTRIS
COLLEGII CAROLINI, NOSOCOMII CHARITATIS
DIRECTOR, PHARMACOPOEAE AVLICAE INSPEC-
TOR, MEDICVS ORDINARIVS COHORTIS PRAETO-
RIANAE EQVITVM, NEC NON LEGIONIS PRAETO-
RIANAE PRIMAE ET IVVENVM NOBILIVM, MI-
LITIAM DISCENTIVM CAET.

GOETTINGAE,
apud IOH. CHRIST. DIETERICH.

1783.

ISTORIA
MERCATORI

MERCATORI
MERCATORI
MERCATORI
MERCATORI

ERINNERTS
ERINNERTS
ERINNERTS
ERINNERTS

ERINNERTS
ERINNERTS
ERINNERTS

VIRO
ERVDITIONE ET PROBITATE
EXIMIE CONSPICVO,

LAVRENTIO CRELL,

PROFESSORI MEDICINAE APVD
HELMSTADIENSES

CELEBERRIMO,

DE CHEMIA, MATERIA MEDICA PHAR-
MACIA, PRAXI MEDICA, OPTIME
MERITO,

AMICO VETERI,

D. D. D.

ERNESTVS GODODREDVS
BALDINGER.

ga
beo
desi

pro
pra
tue
qua

abso
stud
mer

... - MIO
... - S...
... - C...
... - C...

FARINUS CINI

... - S...
... - C...

... - C...

... - S...
... - C...

... - C...

... - S...
... - C...

... - S...
... - C...

... - S...
... - C...

LECTVRIS.

S.

Quae nuper seorsim prodierunt programma academia, cum Göttingae adhuc viuerem, iunctim recusa exhibeo, ut amicorum, qui haec rogarunt, desiderio satisfacerem.

Restat libellus secundus, quem mox prodire iubeam. Enarrabit ille historiam praeparatorum mercurii, quotquot innovuerunt mihi, omnium, quorum unquam in re medica aliqua fuit utilitas.

Prodiit interim Cl. MACQVER liber absolutissimus, dictionarium chemicum, studio Cl. LEONHARDI doctis additamentis locupletatus et perpolitus, ut

A 3 quae

quae adiici possint, videantur per pauca.
Etenim in eo libro sere omnia dicta sunt,
quae medico de mercurio eiusque praeparatis, scitu necessaria.

Tironum vero in gratiam Epitomen eius doctrinae absoluere decreui tecum, ut in tabula quasi perspiciant, quae hoc pertinent, et ut cognoscant, quibus auctoribus, et quo tempore, praeparata, omnia mercurialia inuenta, et usibus medicis commendata, quaeque horum fuerint fata progressu temporum. Inuit enim memoriam rerum discendarum nil magis, artis historia ipsa, quam quis excolendam sibi elegit.

Libelli huius pars altera docebit, ex lectione nostra varia sparsim fuisse adiicienda suis locis, quae spectant controversiam auctorum, de usu et applicati-

one

one mercurialium, quae doctrina neuti-
quam occurrit, nec locum habet, in egre-
gio libro CL M A C Q V E R, in quo chemica
solummodo et physica pertractavit vir eru-
ditissimus.

Licuit mihi, per quatuordecim an-
nos, non sine applausu materiam medi-
cam docenti, animaduertere, vix me-
moria posse capi a tironibus ingentem
multitudinem eam mixtionum et rela-
tionum chemicarum praeparatarum, offi-
cialium.

Eam itaque ob caussam tabulas non-
nullas communicaui, in quibus haec
omnia, perspicue satis exposita. Illarum
breuem conspectum propediem communi-
cabo in promptuario medicis destinato,
integrum vero opus illo tempore for-
tassis typis exscribi curabo. Ita de me-

liori lecturis me commendō, qui sedem
solummodo, non vero studii genus mu-
taui, quod a puero mihi placuit et ad
ultimum vitae halitum certe placebit.
scrib. CASSELLIS et 3. Ianuarii. 1783.

三

HISTO-

HISTORIA

MERCVRII ET MER-
CVRIALIVM MEDICA.

PARS I.

GOTTINGAE. D. 22 IVN. 1781.

Ruit nunc mole sua eruditio, non inepta
quidem nuper dixit vir, ambitum vni-
uersae doctrinae satis bene perspiciens. Tan-
ta enim et incredibili fere industria, tot vi-
rorum nostra aetate clarorum, augetur adeo
quotannis eruditionis copia, ut vel diligentif-
simus, omni licet adhibito studio, vix queat
perscrutari omnia ea, quae nuperrime forsan
dicta et inventa sint, cum vix omnes libelli
omnium in singulorum manus perveniant.
Non mirum itaque, multa saepe effugere no-

titiam eorum, qui ex instituto epitomen doctrinae cuiusdam elaborare student. Veniam itaque facile dabo, sed et expeclo simul, quodsi non omnia velim exhaustire, quae dicenda forent super hydrargyri historia medica, cuius epitomen tradere, atque in libello, mole paruo exponere, mecum decreui. Propria edocitus scio peritia, multa multis adhuc esse ignota, quae passim super variis ex hydrargyro conficiendis praeparatis annotata leguntur, ut, si non laudes, tamen gratias expectare queam, sic horum omnium notitiam brevi ac succincta commentatione exhibeam.

Sum vero persuasus, neminein recte intelligere doctrinam, quam profitetur, nisi edocitus sit illius pleniorum historiam, a primis inde temporibus, ad nostram usque aetatem, sive singula eius doctrinae dogmata, suis inuentoribus vindicare sciat. Sed ad ipsum argumentum meum me statim conuerto. Cum vero ab instituto meo nimis alienum foret, si ea omnia hic repetere vellem, quae spec-

spectant hydrargyri nostri e terra eruti indolem, malim euoluat ea de re quisque, recentiorum libellos, qui nunc in omnium manibus versantur. Paucos ex his non possum silentio prorsus praeterire. Ex Hydrargyri fodinis et mineris, nostro tempore celebiores sunt Idrienses atque Electoratus Palatini, quorum accuratiores descriptiones Virorum Cl. SCOPOLIA), FERBERIB), HACQVETE), nec non MVCHA d), et COLINIE), non sine emolumento leguntur.

Cl.

- a) de Hydrargo Idrienſi. recuſ. Ien. 1771. 8vo.
- b) Beschreib. des Quecksilber - Bergwerks zu Idria. Berlin. 1774. 8.
- c) de mineris hydrarg. Idriens. im B. 3. der Berlin. Naturf. Gesellsch.
- d) vom Quecksilber - Bergwerk zu Hydria. Wien. 1780. 8.
- e) de Mineris hydrargyri et cinnabaris nativae in Palatinatu, Act. Acad. Palat, T, I. p. 505. et germ. in Prompt. Hamburg. nouo P. 21. De mercurio in uiuersum Cf. etiam Linne Mineralsystem von Gmelin Th. 3. S. 29.

Cl. FERBER, viro in historia naturali et chemia versatissimo, in primis debemus pleniorē relationē de visitata hodie methodo hydrargyrum e mineris Idriensisbus elicendi. Immensa est copia hydrargyri, quae quotannis variis in locis e mineris elicetur. Sic lego apud *Valmont de BOMARE f.*: „*On tire communément tous les ans des mines de Guaneavelica, pour un million de Livres, de vif argent, qu' on transporte par terre à Lima, puis à Arica, et de-là à Potosi.*„ Idrienses fodinae anno 1497 detactae, (quo tempore dira lues gallica latius serpere cepit, tertium in annum, postquam ex America in Europam delata), dedere Anno 1663 teste *Valvasor* apud BRUECK-MANNVM g)

a)

f) Dicit. univ. d'hist. nat. ed. noua. T. IV. Paris. 1775. 4to p. 123. In hoc libro manca admodum inuenitur hydrargyri historia, et nimis breuiter pertractata.

g) Magnal. Dei oder Beschreib. aller Bergwerke u. s. w. Th. I. Braunschw. 1727. fol. p. 66.

- li et
leni-
hyd.
Im-
nnis
ipud
unne-
sica,
ron-
rica,
nno
llica
ost-
de-
CK-
a)

IV.
nca
ria,

rgs
vol.
- a) Mercurii vulgaris 244, 119. ℥.
b) Mercurii virginrei 11, 762. ℥.
Summa 255, 881. ℥. g*)

Anno vero Seculi huius 52 lego Idriae
300, 000 ℥ ponderis civilis immo ultra, a
metallicolis fuisse effossas h). Tot usibus
enim cum hydrargyrum inseruiat, non me-
dicis solum, sed oeconomicis etiam, ex fodi-
nis Idriensis in posterum quotannis colligi
debent hydrargyri 2, 500 centenarii i) lege
promulgata, Occurrit autem *mercurius virgi-*
neus

- g*) a) Mercurii virgin. 26, 668 ℥
b) —— commun. 667, 666
Summa 694, 334 ℥

ex iisdem fodinis collectae fuere
Anno 1661. teste Bechero in Phyl.
subterr.

h) Wabst. Chr. Xav. Tentamen de Hy-
drargyro, P. I. Vindob. 1754. 4to. p 20.
Is liber paucis notus ist. Multa continet
bona, sed mala etiam mixta bonis. Pars
altera prodiit nunquam.

i) v. III. Schloezeri commercii epistolaris;
argumenti potissimum statistici et historici.
Fascic. 34. p. 258.

neus, qui ignem nondum expertus est, forma fluida haustus e fodinis, et mercurius e mineralis suis variis igne liquatus, in fornace cuius descriptionem et delineationem debemus Cl. Ferbero iam supra laudato. Cinnabarim natuam a mineralis hydrargyri vulgaribus sola sulphuris admixtione diuersam esse, atque ex cinnabari hydrargyrum elici posse, immo ex hydrargo atque sulphure per sublimationem cinnabarim confici posse, notissima res est. De varia encheiresi autem et regulis observandis in confectione cinnabaris, suo dicam loco.

Aurum et Plantinam del Pinto, si exceperis, grauitate hydrargyrum reliqua singula metalla superat. Non eadem vero grauitas hydrargo in diuersis locis collecto et eliquato competit, nam haec multum differt, si in diuerso loco natali collectus, aut minus bene purgatus fuerit mercurius, ut suo tempore iamiam MVSCHENBROECK^k) tabulam pon-

de-

^k) Introduct. ad Philosoph. nat. T. II. L. B.
1762. 4. p. 539. et ib. Cinnabaris p. 540.

ris eius diuersi dederit lectu dignam; De
Hydrargyri pondere apud *Valmont de BO-*
MARE ¹⁾ seq. lego: „*Un pied cube de mer-*
curie, pese neuf cents soixante et dix-sept livres.“

Crediderunt olim Alchymici, mercurium
esse principium metallorum, et arte singu-
lari ex quoouis metallo mercurium elici posse.
Sed doctis argumentis iam suo tempore *Guern-*
ROLFINC commentum istud refutauit ^{m)},
nuper vero istud metallorum principium ne-
garunt *Viri Cl. WIEGLEB* ⁿ⁾ et *G MELINO*)
rerum chymicarum sagacissimi indices. Calor
ignis, qui nondum aquam ebullire facit, hy-
drargyrum in vapores mutat, et aufugere in
totum

f) l. c. p. 122.

m) v. *Ei. libellus: Non-Ens chymicum,*
Mercurius metallor. et mineralium. Ie-
nae. 1670. 4to.

n) in *Annot. ad VOGELII Chym. §. 95.*

o) in *Chymia 1780. 8vo. §. 55. p. 65.* Non
prorsus tamen negat b. ERXLEBEN elici
posse ex metallis hydrargyrum; idque
productum non *eductum* esse contendit.
Chym. §. 814. Nullo autem experimento
fententiam suam corroboravit.

totum cogit. Mirum itaque non est, aliquot homines incidisse in Ptyalismum, cum in hypocausto viuerent, cuius fornaci calefacto vas impositum, continens mercurii libras vingt, et si calor fornacis non superaret gradum caloris 18 therm. REAVMVRIANI p). Per distillationis modum e mineris suis hydrargyrum ignis ope expellitur, vaporum forma q) Mercurius ipse varia forma C. H. applicatus, ceu vapor inuisibilis iterum per cutim exhalat, et tum ea metalla, quae homo secum gerit, vel quae in vicinia sunt, nigredine obfuscatur, immo efficere solet, vt in aliis hominibus, qui non assumere mercurium, a solis illis vaporibus ptyalismus oriatur. Hydrargyri mineras, qui effodiunt metallicolae, non unam ob rationem periculosisimo corripiuntur ptyalismo, aliaque grauissima experiuntur symptomata, quae optime nuper de-

scrip-

p) Mem. de l'Acad. de Berlin. Ann. 1778.
p. 9. teste Cl. ACHARD.

q) WABST l. c. p. 21. sp. et BAVME erl.
Exper. Chimie Th. 3. S. 444.

scrip
ctant
betu
degl
vapo
que
vista
sed
mori
qui
nunc
rialis
sumi

I
tallic
temp
licol
possu
Mira
tanta

scripsit Cl. SCOPOLI. Manibus enim tractant mineras, et pars aliqua per cutim resorbetur, aliqua pars autem ore excipitur, quae deglutita nocet, et mercurius denique ipse in vapores resolutus per ignem, resorbetur utroque modo. Suffumigia arte adhibita, et olim usitata, non solum excitarunt ptyalismum, sed et varia symptomata periculosa, nec non morbos neurorum, ut pauci hodie supersint, qui velint per suffitum sanare luem, et si non nunquam inter topica auxilia suffitum mercurialis tuto adhiberi possit, et cum euphoria summa aegroti.

De venenatis mercurii effectibus in metallicarum corpora et sanitatem, suo iam tempore scripsit Bernh. IVSSIEV R) Metallicolae enim, qui vestes non saepius mutare possunt, intra breve temporis spatium pereunt. Mira res est profecto, metallicolas Idrienses tanta vermium multitudine, quae fere fidem

su-

R) Mem. de l'Ac. des Sc. de Par. A. 1719.

B

superat, aegrotare, cum tamen mercurius sit anthelminticorum princeps, et ipsa *Plenckii* solutio gummosa in vermis expellendis mihi saepius satisfecerit.

Vt vero leni calore in vapores resoluitur mercurius, sic e contrario a frigore densatur, immo in solidum corpus coit. *BOERHAAVI* tempore istud mirabile phaenomenon adhuc erat ignotum, etsi non ignoraret vic sumimus artem, quae docet frigoris gradum mirum in modum augere. Varia illa caloris et frigoris phaenomena in *Elem. chym.* exponens ^{s)} tandem ait: „*Speculum mercurium adeo densari, ut adhuc fere contrahatur ad $\frac{1}{269}$ suae molis.* Scimus mirabile hoc corpus tanto in frigore, tanta in densitate, manere aequum fluidum, quam ante, aequum mobile, aequum expansile..” Paulo post addit: „*Scimus per experimenta edocere, videmusque accedere ita sensim per frigus ad pondus auri proprium mercurium.*” Vaticinatus est vero simul,

per

^{s)} recus. Lipſ. 1732. 8vo. T. I. p. 148.

pér alias vires posse aliquando augeri pondus eius ect.

Primum a frigore artificiali hydrargyrum congelatum videre *Petropoli BRAVNIVS* atque *GRISCHOVIVS* mense Dec. A. 1759, ille paulo post coram Soc. Petrop. obseruationes suas praelegit, et deinceps publici iuris fecit t). Sed deinde Cl. PALLAS die 6 Dec. in Sibiria a frigore summo naturali hydrargyrum vidit perfecte congelatum u).

B 2

De

t) in libello: de admirando frigore, quo mercurius est congelatus. Petrop 1760 4to et in nov. Comm. Petrop. T. XI. p. 268. Exst. germ. im neuen Hamb. Mag. B. 4. p. 370-72, nec non in Cl. TITII neuen gesellsch. Erzählungen, Leipz. 1762. 8. p. 4. p. 241. et 267. sp. Eiusdem phaenomeni mentio fit in NIC. DE HIMSEL, of artificial Cold produced at Petersburg in Phil. Transact. Vol. LI. P. II. Ann. 1760. nec non in b. ERXLEBEN Nas thurl. §. 464.

Sed bene monet BAVMÉ, non constare certo satis, quo gradu frigoris vere contigerit congelatio mercurii Thym. Th. 2. p. 441.

w) v. Ei. Reisen. B. III. S. 417. et in Epitome Frft. P. III. p. 324. nec non Berl. Samml. B. VI. p. 266.

De hydrargyro per frigus artificiale in corpus perfecte solidum mutando egit etiam ex instituto THOMAS HUTCHAM^x), Adeo vero condensatum fuit, ut malleo obediret, et plumbi instar sonum obtusum ederet.

Quem denique fugiunt experimenta illa, quae Cl. BLUMENBACH hic Gottingae instituit ^y) die 4 Ian. 1774, qui frigore artificiali hydrargyrum in corpus solidum coëgit.

Non vero sumnum gradum frigoris semper requiri, ut mercurius mutetur in solidum corpus, sed beneficio frigoris mitioris mercurium prius in vapores resolutum facilime condensari III. BUFFON ^z) affirmat. Roterdami deinde d. 28. Ian. 1776. Cl. BICKER, et nuperrime de ELTERLEIN d. 4. Ian. 1780. per frigus artificiale mercurium etiam conge latum viderunt, tesle Cl. BLUMENBACH ^a).

Hy-

^x) in Philos. Transact. P. I. Vol. LXVI.

^y) v. Götting. Anz. 1774. St. 13. nec non ex iisdem Berl. Samml. B. IX. p. 132.

^z) in Hist. Nat. Suppl. T. I. v. Götting. Anz. 1775. p. 141. —

^a) v. Ei. Naturhist. B. 2. p. 537.

Hydrargyrum semimetallis adnumerarunt omnes olim. Quum vero per frigus 568° therm. Fahrenh. in corpus perfecte solidum malleabile mutetur, non dubitauit b. ERXLEBEN, praematura morte nobis eruptus, metallis ipsis adnumerare hydrargyrum b). Pluribus argumentis grauissimis iam ante b. ERXLEBEN, Cl. WIEGLER, vir acutissimi ingenii, et ad augendam omnino natus chymiam, eandem sententiam affirmauit c).

b) Chymie §. 495.

c) in Annot. ad §. 30. Chym. b. VOGELII.

HISTORIA
MERCVRII ET MER-
CVRIALIVM MEDICA.

PARS II.

GOTTINGAE. D. 28 FEBR. 1781.

Supersunt phaenomena nonnulla mercurii recensenda, quae quidem physica vulgo vocantur, at nihilo minus a medico etiam illorum cognitionem non esse negligendam, quis hodie dubitat, cum πολυπραγμοσύνη nostra aetate in primis commendet medicum.

Et primo quidem mercurii motus in tubo TORRICELIANO mirifice olim eruditorum exercuit ingenia, nataeque inde controversiae, quae vix omnibus ac singulis hodie notae. Princeps agitata inter GVNTH. CPH. SCHELHAMER et BERNARD. RAMAZZI.

JII

g d

NVM-

NVM a). Iam quidem illius causam ignora-
rat nemo, et studium illud physicorum; ba-
rometri ope tempestatum vicissitudines accu-
ratus determinandi, effecit, et longe accura-
tius HIPPOTRATE ipso HVXHAMVS, alii
que eximii medici recentiorum temporum,
aëris epidemicas constitutiones, morbosque inde-
oriundos, horumque vicissitudines definire
potuerint, sic quidem, ut vix quidquam his
adisci posse videatur. Laetamur nunc merito,
non adeo abstrusam esse hodie quam olim,
doctrinam morborum epidemicorum, nec non
endemicorum, et si nondum ex omni parte
horum indoles nobis cognita atque perspecta.
Anno 1675 PICARDVS, Acad. Parisinae Soc.
in tubo TORRICELIANO inclusum mer-
curium, et in loco obscuro motum, phos-
phori instar lucem spargere, primus vidit b).

B 4

Istud

a) Exst. liber SCHELHAMERI de motu
mercurii in tubo TORRICELLI et de
eod. arg. RAMAZZINI Kilon. 1699. 8.

b) V. IO. FRID. WEIDLER diss. de Phos-
phori mercurialis historia, phaenomenis,
pa-

Istud phaenomenon accuratori nuper examini subiecit Cl. ACHARD ^{e)} et varia tentamina instituit circa frictionem mercurii cum variis corporibus, in primis vero resinosis, ad illustrandam quaestioneum, num lux moti mercurii, ab electricitate vitri oriatur, quam sententiam verosimilem censet vir eruditissimus.

Sed recensenda nunc veniunt phaenomena illa varia mercurii triti cum variis corporibus, ex quo quidem connubio nascuntur nunc amalgamata sic dicta, nunc vero *Aethiopis* permultae species. Amalgama vulgo audit mercurii cum metallo mixtio, triturationis ope.

Docuit vero experientia, artium magistra, cum aliis metallis facilime coire mercurium, difficilius cum aliis, et cum aliis denique

vix

^{1715. r. c. H. R.}
parandi modis etc. Vitemb. 1715. r. c. H. R.
EBERLIN Alio titulo statim hanc diff.
promulgauit WEIDLERVS, nempe Ex-
erc. de Phosphoro mercuriali.

^{1780. 8. p. 205. f. e. g. g.}
e) chym. phys. Schriften. Berlin 1780. 8. p.
205. f. e. g. g.

vix
scie
pus
me
defi
cup

plu
ben
me

run
plu
rep

plo
HA

vix nisi ope tertii cuiusdam corporis admi-
scendi, cum quo et mercurius illudque cor-
pus, quod per se non vniuersi patitur cum
mercurio, affinitatem quandam habet, in qua
definienda hodie vniuersa fere chemia oc-
cupata est.

Coit mercurius cum Bismutho, stanno,
plumbo, cum Bismutho facilissime, et huius
beneficio magna copia stanni et plumbi cum
mercurio sese misceri patitur.

Non raro etiam mercurius in mercato-
rum tabernis venalis, praeter stannum vel
plumbum simul cum bismutho mixtus fraude
reperitur.

Amalgamata haec iam olim studio ex-
plorarunt viri doctissimi BORRICHIVS *a)*
HANNEMANNVS e) et nuper MALOVIN*f)*.

B 5 Dif.

- d)* sur les parties salines, contenues dans le mercure le mieux depuré, et diversités des amalgames. Mém. de Par. T. 6.
- e)* de trituratione mercurii cum lapide haematis. ib. T. 6.
- f)* de vniione mercurii cum antimonio, stanno, plumbo. Mem. de Par. 1740.

Difficillime omnium vero cum marte
mercurius iungi se patitur. Dicam vero in-
fra suo loco, quibus artificiis, quaque arte et
mercurius cum marte possit uniri.

Quodsi vero mercurius fraude aliis me-
tallis mixtus, fieri non potest, quin eius
qualitas mutetur.

Etenim a plumbō vel stanno admixto,
globulorum mercurii maior ut fiat cohaesio,
necessē est, hinc non adeo celerrime diffilit
et in minores globulos non adeo facile diffilire
solet, quam mercurius purissimus. Simul
etiam in mercurii superficie cuticula appetat,
et his notis vulgo quidem cognoscitur, mer-
curium non esse purum.

Vsibus vero medicis et chemicis cum non-
nisi purissimus adhiberi queat, varias enche-
refes excogitarunt, quibus mercurium ab ad-
mixtis metallis liberare tentarunt, non optimo
semper euentu.

Ete.

Etenim iusserunt alii, mercurium fraude
aliis metallis mixtum per corium exprimere,
ut nempe metalla peregrina in corio rema-
neant, et solus mercurius per corium tran-
seat. Sed monendum est, hanc mercurii
purgandi methodum vix sufficere.

Parcior enim plumbi vel flanni copia,
mercurio admixta, solummodo in corio re-
manet, si vero maior, tunc omnino haud
exigua eius portio simul per corium transit,
nec hac ratione purus mercurius obtinetur.

Metallum peregrinum prodit etiam mer-
curii in crucibulo candente evaporatio. Re-
manet enim calcis forma alienum metallum,
et solus mercurius aufugit.

Alia dein mercurium purgandi methodus
excogitata fuit, scilicet eius lotio cum aceto
concentrato, aut bonae notae. Soluit enim
acetum plumbeum, et sapor acetii dulcis plum-
bum declarat, sed cum acetum vix omne plum-
bum

bum soluere possit, hinc portio insig-
nis non soluta remaneat, nec haec metho-
dus laudes meretur.

Tertia itaque methodus per modum de-
stillationis prioribus illis substitui cepit. Quae
vulgo quidem artis vocabulo *renificatio* mer-
curii audit.

Etenim amalgamata varia mercurii et com-
positiones eius destillationi subiiciuntur.

Iubent alii Amalgama ex stanno et mer-
curio, vel ex bismutho et mercurio destil-
lationi subiicere, alii vero eum in finem cin-
nabarim aut aethiopem mineralē miscent
sive cum marte, ioue, terra calcarea, calce
viua, vel sale tartari, et ex retorta vitrea in-
stituere solent destillationem. Vas recipiens
aqua repletum sit, necesse est, ut condensare
possint sese vapores. Hac ratione nimirum
sulphur remanet et cum admixtis corporibus
sese iungit, mercurius autem ascendit et in
recipiente colligitur. Sulphuris enim affini-

tas

tas cum illis corporibus longe maior est, quam cum mercurio, hinc separatio eius contin-
git. Sed monendum est, Cl. WEIGEL per
experimenta fide dignissima docuisse, non tuto
satis depurari mercurium per varia corpora
metallica ^{g)} et metalli quidquam simul
ascendere. Simplicem destillationem mercurii
proposuit D O S S I E ^{h)}, et omnem lotionem
eius cum aqua et aceto superfluam declarauit.

Aethiops mineralis per triturationem ex
mercurio et sulphure paratur, et cum anti-
monium additur, *aethiops ille antimoniatus*
Huxiani nascitur, de quibus suo loco proli-
xiori sermone dicam.

Mercurius per se sola trituratione in pul-
verem et aethiops speciem conuerti solet, et
hunc pilulas ingredi KEYSERI, notum est.

Cum

^{g)} v. Chym. Beob. p. 23. et Chem. B. 2. §. 1077.
Ex mercurio sublimato corosiuo etiam re-
fuscatio eius per additamenta obtinetur,
quae acidum salis absorbent.

^{h)} the Elaboratory laid open etc, p. 208.
et 209.

Cum saccharo tritus, dat *mercurium saccharatum* Edinb., cum resina, v. c. Guaiaci, dat Pil. *Mert.*, et *Aethiop.* cum balsamo vel terebinthina surgunt pilulae, vnguenta, iam dudum in officinis receptae compositiones. Mercurium cum absorbente quodam tritum, angli appellant *mercurium alcalisatum*.

Etiam cum melle subigitur, pro pilulis conficiendis. Huc etiam pertinet **P L E N C K I I** methodus, qui iubet mercurium cum gummi arabico vel pilularum vel liquoris forma propinare. Cum manna **K E Y S E R V S** et anglì mercurium eiusque praeparata unire iubent.

Digestionem mercurii cum oleo oliuarum instituit olim **H O M B E R G i)** sed vix usibus medicis commendatum fuit istud connubium.

Veterinariis autem in usu est linimentum ex mercurio et oleo baccarum lauri, contra scabiem et pediculos vaccarum.

Venio nunc ad aquae bullientis efficaciam in mercurium. Res nota est, non mutari

mer-

i) Mem. de l'Ac. de Sc. de Par. A. 1709.
Contin. 1713.

mercurium si cum aqua coquitar, hanc vero vim anthelminticam nancisci. Nuperis experimentis Cl. V I C A T k) aquae huius mercurialis contra lumbricos efficaciam denuo confirmavit. Vermes rotundos et ascarides necat, et tam viuos, quam mortuos expellit. Cum lacte simul propinatur. Alii vero una cum decocto rad. graminis simul coquere iubent mercurium viuum, ut decoctum magis efficax fiat. Potest et mel addi.

Non minni solet mercurii grauitas coctione cum aqua, nec ulla in eo mutatio obseruatur.

Extrahi principium quoddam volatile alii volunt l) alii credunt, hanc vim anthelminticam deberi plumbo, mercurio admixto m).

Sed notari meretur cum mercurio, purissimo et probe purgato, omnino decoctum aequ

k) in delectu qd^s.

l) B A V M E, Exp. Chym. Th. 2, p. 440.

m) Cl. Gmelin, Chym. §. 148.

que efficax parari, et permulta alia praepara-
ta ex mercurio vermes quoque expellere.

Vt verum itaque fatear, nondum definire
audio, quae sit ratio virtutis illius anthel-
minticae aquae mercurialis.

Non solum autem contra Vermes mer-
curium solebant coquere medici, sed et con-
tra luem ipsam gallicam, aliasque morbos
chronicos rebelles, olim magis quam hodie
in usu erant decocta lignorum et radicum
cum mercurio et interdum antimonio simul
parata. Formulas nonnullas KLEINIVS no-
biscum iterum communicat n) nec opus est
anxie formulas illas quaerere, nam multae
in multorum libris occurunt, quos singulos
nominare meum nunc non videtur officium.

Princeps eius generis decoctum est ZWEL-
FERRI istud, quod et KLEINIVS l. c. recen-
suit. Continet cum lignum, tum corticem,
Guaiaci, lignum sassafras, pimpinellae radicem,

n) in selectu rat. form.

et absque mercurio iamiam efficax reme-
dii genus est. Scio tamen, frequenter b.
W E R L H O F I V M praescripsisse, nec dubito
iis in morbis laudes mereri, quibus meden-
dis nuperi resinam Guaiaci commendarunt.

Solo igne, vase clauso, per longum tem-
pus chemicos mercurium tractasse, notum est.

Eminent summi BOERHAAVII tenta-
mina, qui spatio quindecim annorum et vi-
tra, mercurium ignis imperio subiecit, et ni-
hilominus mercurium non mutatum inue-
nit. Mercurius enim ille, qui per se *praesi-
cipitatus* appellatur, aut trituratione sola, aut
destillatione simplici denuo viuus renascitur o).

Phlogisti tamen quidquam amittit, sed
via sicca, solo adhibito igne, sine alio addi-
tamento, et humida via, per acidum salis,
aquam fortē etc. resuscitatur.

Re.

o) BOERHAAVE Exp. de mercurio, Trans-
act. Lond. A. 1733. N. 430. inserta. Se-
orsim forma libelli. Frst. et Lips. 1736. 4t.

C

Recensui hactenus dotes generales mercu-
rii eiusque praeparata simplicissima, cum nempe
per varia corpora sola trituratione parum
mutatur.

Antequam itaque ad ea praeparata pro-
grediar, quae siflunt calces mercurii, aut mer-
curium imagis mutatum, dicam prius de vsu
mercurii crudi ad varios morbos sanandos.

Veteres mercurium viuum venenis adnume-
rarunt, hinc ab eius vsu medico prouersus absti-
nuerunt. Sufficit nominasse DIOSCORIDEM
et PAVLVM ex insula Aegina natum, nec non
PLINIVM. DIOSCORIDES ait L. V. Cap.
110. Mercurium potum habere vim pernici-
alem, nam suo pondere interna perrodere.

Et hanc quidem sententiam verissimam
credidere medici omnes vsque ad Arabum
tempora, qui primum forma vnguenti sed
parcius contra cutis morbos varios adhi-
buerunt.

G A

GALENVS tamen fatetur, sibi ipsi per experimentum proprium venenatam mercurii qualitatem non constare. Scivit iamiam AVICENNA, mercurium viuum per anum iterum expelli. Sed memini me legisse ante aliquot annos in disputatione Teutoburgi habita, CL. LEIDENFROST obseruasse, mercurium contra ileum olim potum, post annos tres per aluum denuo fuisse iterum excretum, ideoque tam diu in colo ut videtur, remansisse. Cibum crudum seniori tempore per aluum interdum expelli, sive obseruationum constat, hinc dietam obseruationem de mercurio post adeo longum temporis intervalum excreto ego in dubium vocare nolim.

Fortassis iners credidere veteres medicamentum, quod per aluum iterum expelli viderent.

Vapores certe mercurii noxii, et metallicarum, nec non artificum morbi a mer-

curio obseruati, suspicionem iustum dedere,
esse venenum p).

Et certe tristes effectus ptyalismi a mercu-
rio, larga copia imprimis ingesti, mercurium
nondum ab omni effectu venenato liberant,
etsi proprie venenum non sit.

Mercurius forma suffumigii, non caute fa-
tis adhibitus, praeparata eius varia salina, et
peruersa mercurialium applicatio, saepius ac-
que nocuere ac venenum acutissimum.

BRASSAVOLVS et MVSITANVS cot-
tra vermes dosi minori ad gr. sc. jj. jv in-
fantibus dederunt.

Con-

p) De morbis Hydrargyri fossorum Idrien-
sium accurate satis scripsit Reyßler in s.
Reisen, Hannover 1751. ed. nov. 4t. p.
1199.

Idem quoque prolixe et accurate dis-
seruit de fodiinis ipsis Idrensisibus, Hispani-
cenis, et Mexicanis, ex quibus colligitur
hydrargyrus, quod iam supra indicare
debuissiem. Sed rerum dicendarum copia
effecit, ut non nominauerim librum, quem
coram habeo, legi saepius, et cuius fi-
dem in dubium vocat nemo.

Contra TAENIAM hodie amalgama ex
mercurio et stanno in usu est. PLENCKII
solutionem gummosam contra Vermes merito
laudauit Cl HARTMANN, Prof. Frst. ad Viadr.
Alii laudant hunc in finem Decoctum Spige-
liae Anthelm. aut sem. sangu. cum mercurio.
Loco aquae potest PLENCKII liquor parari
ope decocti ex Cortice Peruviano.

In epilepsia, quae a vermis orta, lau-
davit olim b. HEISTERVS electuarium quod-
dam ex mercurio viuo, cortice peruyano,
Syrupo et conserua Fumariae q).

Sed monendum est vix posse exacte satis
haec omnia misceri, et in memoriam iterum
reucanda erit obseruatio illa Cl. SCOPOLI
hydrargyri fossores Idrienses incredibili ver-
mium copia laborare, et si ptyalismus in his
simul adsit,

Ex solo fere pondere agere mercurium
in ileo notissima res est, hinc maiori copia

C 3

q) Occurrit quoque apud KLEIN. l. c. p. 55.

ingurgitare nonnulli suafera. Feces expulisse et in ileo a fecibus induratis mirifice profusse, testantur ZWINGER, Mem. de l'Ac. de Paris T. L. BUCHNER, RAV, Nov. Act. N. C. T. III.

Laudat quoque in hoc morbo b. ANT. DE HAEN.

Sed experimentum saepe fallax est, nec in omni casu locum inuenit.

Non medetur enim spasmo, et nocebit praefente iamiam vehementiori inflammatione, vbi gangraena iam imminet, et intestina fere emortua.

Fortassis solutio mercurii gummosa cum oleo lini simul mixta, quod GALLESKY laudibus extulit, utilissimum praebaret medicamentum.

Mercurium pondere suo vermes expellere SPIELMANNVS ait in mat. med.

Ad

Ad partum pellendum olim adhibuerunt mercurium parua dosi, sed M A T T H I O L V S expertus est, integrum mercurii libram non potuisse abortum efficere.

Nolim tamen prorsus indubium vocare mercurii effectus in nexu soluendo uterum inter et placentam, maxime cum constet effectus mercurii in ossibus stagnantis.

Amuleti forma contra pediculos adhibetur mercurius, et lactis secretionem impedit ait D E G N E R in Act. N. c. Vol. V. Obs. 149.

De vsu interno mercurii viui nuper egit GALAND T. I. Mem. de l'Ac. de Sc. de Par.

Ad calculum renum et vesicae dissoluendum mercurium viuum commendat M E A D.

R O S E N S T E I N I V S in ed. 3. p. 681. libri de morib. infantum, Swietenii formulam vacuam P L E N C K I I I vnitam, ex mente Cl. B I E R C H E N communicauit.

In pharmacopoea Edinburgensi pilularum mercurialium sequens occurrit formula R

C 4

Merc.

ulisse
rofus-
c. de
Act.

N T.

nec
jub
mch
cebit
ione,
fere

cum
SKY
me.

llere

Ad



Merc. ʒ vj. sapon. alb. Hisp. Resin. Guaiac.
ana ȝ ȝ tere in mortario et admisce sulph.
antum aurat. ȝ ȝ Syr. comm. q. f.

Etsi vero mercurius nostra aetate medicina
polychresta, tamen usum eius interdixit L A V R.
CAIET. F A B B R I r). In anglia tanquam med.
polychrestam multi ad unciam unam sume-
bant quotidie mercurium absqueulla sensi-
bili excretione s).

Sed Frid. H O F F M A N N V S iamiam ab
usu interno mercurii pessima vidit damna,
scil. tremorem artuum et impotentiam pe-
dum t) et Cl. A D O L P H V S M V R R A Y in
diff. de cura luis gallicae narrat, hodie ad-
huc in Italia usum mercurii prouersus inter-
dictum esse.

r) dell uso del mercurio, sempre temera-
ria in medicina. Colon. 1749 et app. al.
Tr. dell uso etc. in giftificatione. Luc-
cae 1781.

s) Edinb. Vers. Th. 3.

t) Med. Rat. Syst. Sect. IV. P. 2.

HISTORIA
MERCVRII ET MER-
CVRIALIVM MEDICA.

PARS III.

GOTTINGAE D. 18 MARTII. 1781.

Recensui nuper pharmaca mercurialia sim-
plicissima, quae sola fere mixtione et
trituratione obtinentur. Iam vero recensenda
veniunt seorsim sulphureo-mercurialia illa,
Aethiops scil. *vulgaris*, *antimonialis* et variae
cinnabaris species. Notatu autem dignum
est, cinnabarim factitiam per aliquot saecula
iamiam medicis in vnu fuisse, antequam ae-
thiopem vulgarem in medicamentorum nume-
rum reciperent. Arabis iamiam fuisse notam
cinnabarim factitiam, nullum est dubium a).

C 5 et

a) v. Ill. SPIELMANNI Inst. Chem. ed.
alt. Arg. 1766. p. 247.

et cinnabarinum antimonii *Basilium Valentinum*
iamiam descripsisse certum est b).

Aethiopem mineralem, vulgarem, primum
adhibuisse THEODORVM TVRQVETVM
DE MAYERNE perhibent c). Tradidit autem
in libro, typis saepius exscripto, *Praxis me-
dica*, methodum conficiendi aethiopem mi-
neralem *per ignem*. Sumebat mercurii par-
tem vnam, sulphuris duas, et tamdiu super
igne mouebat massam, donec non amplius
sulphur appareret. Eadem methodo ^{GEOR-}
^{GIVS BATE'} aethiopem parauit. Desirui
sulphuris adiecti partem superfluam per in-
cendium, vix est, quod moneam. Deinde
GVALTHERVS HARRIS, in libro de in-
fantuum morbis sola *trituratione* sulphur et
mercurium miscuit. Hydrargyri partes qua-
tuor, florum sulphuris partes tres, ille iubet
trituratione longa miscere.

Alii

b) V. SPIELMANN. l. c. p. 248.

c) V. SCHROMMIVS. Io. Fr. aut potius
auctor I. H. SCHVLZE, vir eruditissi-
mus, in diss. de Aethiope minerali.
Alt. 1725.

Alii denique aliam proportionem miscendorum praescripsere. Sed parum refert, nominasse omnes, cum tanta sit rerum dicendarum copia, ut breuitatis ratio sit habenda. Neque nimis parca, neque nimia sit proportio sulphuris ad mercurium, obseruandum erit. Nec sulphuris deflagratio requiritur, sola enim sulphuris liquatio ad ignem sufficit, modo nimia non sit sulphuris copia, nam solummodo pars superflua deflagratione consumi debet.

Longe maior autem portio mercurii cum sulphure liquato potest misceri, quam sola trituratio si adhibeatur. Etenim fusione sulphuris mercurii partes septem, trituratione sola nonnisi partes tres mercurii possunt iungi.

Hepar sulphuris, tam fixum, quam volatile, dat cum mercurio via humida, Aethiopem mineralem, et sublimatione veram cinnabarinum. Ex mercurio sublimato et hepatice sulphuris etiam obtinetur Aethiops mineralis d).

He-

d) BAVME, Experim, Chym, Th. 2, S. 482.

Hepar sulphuris aliaque mercurialia, sc.
Turpethum, solutio mercurii in acido Nitri,
et mercurius praeparatus ruber, si iungun-
tur, prius aethiopem, dein sublimatione cin-
nabarim largiuntur.

Ex parte sulphur omnino mercurium sol-
vit, hinc aethiops calcis mercurii speciem
fisit, et color eius vetustate temporis tan-
dem magis niger euadit e).

Aethiopis mineralis antimonialis H V X-
H A M I praeparatio haec est: Antimonii crudi
in puluerem tenerimum conuersi, partibus
tribus admiscentur mercurii viui partes qua-
tuor, et florum sulphuris partes duae.

Triturationis diu continuatae beneficio,
haec omnia exacte satis miscenda sunt.

Sulphur adiici debet, cum antimonium sul-
phure non adeo diues, vt cum mercurio
exhibeat aethiopem genuinum.

Eft

e) BAVME', l. c. p. 508.

Est itaque HVXHAMi medicamentum nil aliud, quam aethiops vulgaris, cui praeter mercurium et sulphur simul partes antimonii regulinae admixtae sunt.

Quis vero laudes ignorat, quas HVXHAMi MVS medicamento suo tribuit.

Interim tamen monendum est, obseruasse nuper Cl. MARCARD f) ptyalismum, non sine aegroti periculo, a dato aethiope HVXHAMi per aliquot dies, cuius dosis erant scrupuli duo quotidie. Res mira est omnino, mercurium sulphuris ope sic figi, ut nunc possit sublimari sine magno dispendio, vase etiam non clauso, sed orificio phialae leuiter tantum obturato charta, et vim fialalogam mercurii per additionem sulphuris fere prorsus coerceri.

Sunt enim exempla valde rara, ptyalismum siue ab aethiope, siue a cinnabari, fu-

f) V. ei. annot. ad THOMPSONI consult. med. p. 263.

fuisse obseruatum. Aethiops et cinnabaris fautores inuenierunt multos, qui magnis laudibus extulere vires vtriusque medicinae, resoluentes in primis, sanguinem ac lympham purificantes, hinc in morbis potissimum chronicis, scabie vulgari, venerea, ulceribus, tinea, glandularum obstructionibus, vermisbus, vt centum alios morbos taceam, aethiopem laudarunt.

Ad peritiam suam prouocat b. NEV MAN NG) se eximium effectum vidisse ab vsu aethiopis vulgaris, larga dosi ad drachinam vsque dimidia.

Sed ill. TRILLERO, fautori nostro ab annis inde viginti, valde displicet aethiops vulgaris h), illumque iunioribus lac adhuc fugentibus infantibus pessime nocere contendit.

ELLERVS magni fecit suo tempore aethiopem antimonialem, in ipsa lue venerea,

can.

g) Praelect. Chym. ex ed. Cl. ZIMMER-
MANN p. 503.

h) Dispens. univ. T. II. p. 8. sq.

cancro etiam occulto et exulcerato. Ego
vero, vt verum fatear, testor, me nunquam
noxios effectus ab vſu vtriusque aethiopis
vidisse.

Insignem, ne dicam incredibilem, copiam
vtriusque aethiopis, cum Longosalissae olim,
tum Gottingae nuper, ab A. 1773 aegrotis
meis praescripsi, et testes prouoco tot soda-
les instituti Clinici, e quibus nominare po-
tuisse septem Professores, qui nunc cum
laude publice artem suam profitentur, quique
viderunt mecum, vſu in primis aethiopis H V X-
H A M I, sanatos fuisse morbos admodum re-
belles, tineam capitidis, scrophulas, vlcera
foeda, strumas, atrophiam, scabiem variam,
oculorum morbos, et vermes expulisse istud
remedium magna cōpia, et cachexiam ver-
minosam pro rorsus profligasse.

Istud vero simul monendum habeo, me
vix unquam eius generis medicamentum praē-
scripsi, nisi dato prius euacuante, ad for-
des

des primarum viarum eliminandas, acidorum usum interdixisse, atque simul ptisanam quandam, sive ex bardana, s. rad. graminis vel simili, praescripsisse. Nunquam vidi ptyalismum ab vsu aethiopis, qui tamen saepius a parcissimo vsu spiritus mercurialis ~~s w i e -~~
~~T E N T I~~ vehementiorem ptyalismum obseruauit.

Nolim itaque ego pro inerti medicina aethiopem, ~~H V X H A M T~~ in primis, declarare, quem e contrario damnarunt alii, tamquam medicamentum noxiut.

Iam *Cinnabaris* tres species, sc. *natiua* et *factitia* nec non *antimonii*, pariter factitia, nostram attentionem merentur.

Quæstio olim mota fuit, utrum ruto sati nativa possit interne sumi i). Plurimo-
rum

i) Hofsteter, Johann Adam, ob der natürliche und rein gewachsne Zinnober, als eine Arzney in dem menschlichen Leib ohne Gefahr gebraucht werden könne. Leipzig. 1708. 4t. et eod. anno 8vo sed breuius. Ei, die vortreffliche Güte des natürlichen jedoch

orum
quan-
s vel
yalif-
ius a
w i e
uuui.
licina
arare,
quam
ta et
fitia,

o sa-
imo-
rum

nas
als
ohne
Leipz.
uius.
n jec
doch

rum autem consensu factitia p[re]e nativa lau-
des meretur.

Natiuam ex vana opinione magis effic-
cem reddere, longa circulatione, proposuit
olim CLAVDERVS ^{h)}). Fuit commentum
alchymicorum, cinnabarinum antimonii, quae
aliis placuit, p[re]estantiorum esse vulgari facti-
tia, et chemici omnes recentiorum tempo-
rum consentiunt, nullum plane discrimen
esse, utrum vulgaris, an vero antimonii, ad-
hibeat in praxi medica ⁱ⁾. Sulphur enim
antimonii non differt a sulphure communi,
et neutiquam auri quidquam continet.

Pro

doch rein gewachsenen Zinnobers, entge-
gengesetzt Joh. Gottfr. Beckern, — daß
dieser Zinnober recht gebracht, ein ganz
unschädliches und nie genug gepriesenes
Medicament sey. Schleswig 1711. 4t.

- ^{k)} CLAVDER, GABR. inuentum Cinnabari-
num, hoc est, de Cinnabari nativa hun-
garica, longa circulatione in maiorem ef-
ficaciam fixata et exaltata. Ienae. 1683. 4t.
- ^{l)} V. BOECLER diff. de Cinnabari factitia
vulgari, cinnabari nativae et antimonii
non solum aequiparanda, sed et p[re]afe-
renda, Arg. 1749.

D

Pro cinnabari conficienda non eadem proportio sulphuris et mercurii, quam in aethiope minerali requiritur. Etenim sulphuris longe minor sufficit, immo praefstat minimam sulphuris copiam mercurio addere, nam quo minor sulphuris, et quo maior mercurii proportio, eo melior cinnabaris species sublimatione iungitur, coloris nempe pulcherissimi, nam varia omnino proportio miscendorum, sifist cinnabarinum. STAHLIUS in Chemia ad septem partes mercurii sufficere vnam sulphuris, docuit.

Sed cum parte nona sulphuris pulcherissimam cinnabarim obtinuit b. NIETZKY, vir in chemia exercitatisimus m).

Quodsi vero maior sulphuris copia sumatur, tunc obtinetur *mercurius violaceus* Pa-

m) v. Ei, diss. de Cinnabari ex calcibus mercurialibus conficienda, sine sulphure iisdem admiscendo. Hal. 1761. p. 10.

NEUMANNVS, l. supra cit. p. 462. ex mercurii p. 4. et fulph. vna, cinnabarim bonae notae obtinuit.

rijsenfum, sc. cinnabaris factitia, ob maiorem sulphuris admixti copiam nigrescens n).

Non multum differt *Mercurius dioph.* Cl. ASTRVC, scil. Aethiopis et salis ammoniaci partes aequales per sublimationem mixtae.

Ex calcibus mercurii variis, sine sulphuris additione cinnabarim obtineri, mirum non est. Totum enim artificium eo reddit, ut addantur substantiae, ex quarum connubio statim nascitur hepar sulphuris. Sal mirabile scilicet prius in retorta tubulata in florem redigi debet, tunc addantur per vices miscelae ex turpetho minerali et carbonibus, aut tartaro crudo, aliquot portiones o).

Perhibent chemici in academia Diuionensi, ex sulphuris parte una, mercurii partibus quatuor, aethiopem fusionis ope param, cum hepate sulphuris volatili intra spa-

D 2 tium

n) v. TRILLER Dis. univ. P. 2. p. 404. Habet Fl. sulph. p. 4. merc. p. 6. salis ammon. p. 4.

o) vid. b. NIETZKY in diss. cit. p. 14.

tiūm temporis horae dimidiae, dedisse cinnabarim pulcherrimam p).

Idem experimentum antea iamiam fecit BAVME^e q) sc. absque igne per hepar sulphuris, tam fixum, quam volatile, veram cinnabarim paravit, licet non tam breui temporis spatio.

Sed omnino NEVMANNVS in Germania suo tempore docuit cinnabarim sine igne confidere, ex spiritus fumantibus BOYLE vnicia dimidia et mercurii viui drachma dimidia, sola mixtione et vitri agitatione r). Cl. WIEGLEB, de cuius amicitia laetor, per spiritum Beguni, cuius præparationem emendauit, sine igne docuit cinnabarim confidere s).

Ex-

p) v. Anfangsgründe der theoret. und pract. Chym. u. s. w. ex verl. Cl. WEIGEL. B. 2. S. 33.

q) l. c. p. 519.

r) l. c. p. 462.

s) v. Ei. Kleine chym. Abhandl. p. 37.

Experimenta illa, quae nuper facta super cinnabaris absque igne confectione, leguntur in libro utilissimo infra nominato ⁱ⁾.

Vnde vero cinnabaris color ruber, isque pulcherrimus, quaestio est nondum decisa. Cinnabaris sublimatio, quae Amstelodami hodie visitata, descripta legitur apud Cl. FERBER ⁱⁱ⁾, qui modeste simul aliorum errores correxit. Fraude et cinnabari omnino admiscetur minium, Colcothar vitrioli, vel Crocus martis, num vero arsenicum album ad augendum colorem cinnabaris addere soleant, non ausus est definire Cl. FERBER.

Calcem plumbi aut Colcothar vitrioli, noua sublimatio aut incensio cinnabaris in crucibulo candente, manifestare solet, nam remanet calx plumbi et colcothar vitrioli, et sola cinnabaris aufugit. Proderet odor alliaceus sine dubio arsenicum, vt alia taceam

D 3

ex-

ⁱ⁾ Taschenbuch für Scheidekünstler u. s. w.
für 1780. Weimar. S. 166.

ⁱⁱ⁾ l. c. pag. 338. et sequ.

experimenta, quibus vulgo cognoscitur arsenicum.

Sublimatione cinnabaris repetita, hanc non emendari, sed destrui potius, bene monuit **B A V M E** ^{x)}, hinc unica operatione rite instituta omnium optime sublimatur.

Trituratione diu continuata, colorem cinnabaris augeri, notissima res est. Fortassis latent nos multa, que Batauis in usu sunt, adininicula, quod ipse concedit **C L . F E R B E R V S**, qui candore et veri amore cedit nulli.

Iam paucis de cinnabaris usu, quem olim ex vana opinione pereximum credidere, hodie vero non multi magni faciunt. **G O N O F R E D U S S C H V L Z I V S** in libello singulari ^{y)} de amplissimo cinnabaris usu in praxi medica disputauit. De ptyalismo per fusum magnum ex cinnabari incensa legi debet **A S T R V C.**

Inep-

^{x)} I. c. p. 522.

^{y)} Scrutinium cinnabarinum, etc. Hal. 1680, 8vo.

Ineptae sunt certe omnes formulae, in quibus olim cinnabaris princeps ingrediens erat. Huc pertinere credo puluerem cephalicum MICHAELIS, temperantem STAHLII, cordialem Cellensem, immo puluerem s. specif. COBBII contra hydrophobiam; nam vires certe, si quas habent, admixtis aliis debent, non cinnabari. Inertia cinnabaris accusavit CARTHESERVS z). Solui ab humoribus nostri corporis, per experimenta demonstrare annisi sunt WALEERIUS a) et OETINGER b). Sed licet verissima sint experimenta, solui extra corpus humanum cinnabarim a mensuris variis, sola tamen coniectura est, solui etiam interne sumtam, nec ullum fide dignum experimentum mihi quidem innotuit,

D 4

cin-

z) in diff. de Cinnabaris inertia medica Frst. 1743. recus. in Ei. Collect. disp. ib. 1775. 8vo.

a) WALLERII diff. pro. Cinnabaris efficacia, recusa legitur Vol. I. Sylloges nostr.

b) diff. Cinnabaris exul, redux in pharmacopolum. Tub. 1760.

ir ar-
hanc
e mo-
e rite
i cin-
rtalflis
sunt,
RBE-
nulli.
olim
, ho-
ono-
ingu-
praxi
fussi-
debet
Inep-
Hal.

cinnabarim vires habere nervinas, antispasmodicas, quas a multis decantatas lego.

Nec optimi mei praceptoris b. MANGOLDI, quem in chemia praceptorum habuisse, hodie adhuc laetor, tentamina me vincunt c).

Credat, qui velit, laudes cinnabaris, quas illi tribuit Ios. DALBY d).

c) in Act. Ac. Mog. T. II. p. 402. sq.

d) on the virtues of cinnabar and musk, against the bite of mad. dag. Birmingham 1764. v. Götting, Anz. 76 St. 1766.

HISTORIA
MERCVRII ET MER-
CVRIALIVM MEDICA.

PARS IV.

GOTTINGAE. D. 8. APRIL. 1781.

Cinnabarim, cuius historiam nuper ab-
soluere non potui, neque vehementer
laudent, neque prorsus reiciunt Auctores
eruditissimi Pharmaciae Cassellis 1779. edi-
tae a), eam ob caussam, quod interdum
ab eius usu ptyalismum viderint non-
nulli. Consentiente Ill. NICOLAI b)
dubia eius manet vis. Hacc dum scri-
bo, docta ad me venit dissertatio, in qua
prolixe exposita legitur histoira de Suf-
fumigiis cinnabrinis. eorumque effectibus,

D 5 quam

a) p. 90. seq.

b) Recepta und Eurarten, p. 554. seq.

quam euoluat, qui velit, cupidus lector *c*), Pessime semel nocuit fumus cinnabaris antimoniī ore exceptus, cum tertia vice per sublimationem illam emendare cogitaret artifex chymicus *d*). Cinnabaris vero antimoniī obtinetur ex mercurio sublimato corrosiō et antimoniō, mixtis et per sublimationem coniunctiis. Primo autem butyrum antimoniī, deinceps vero cinnabaris ascendit. Arrodit nempe acidum salis regulum antimoniī, et cum illo butyrum constituit, mercurius vero et sulphur cinnabarim efficiunt.

Variam miscendorum proportionem, et inter haec optimam, recensuit *DOSSIE* *e*).

Idem

c) PONYRKA, Dionys. de Anatymiai Cinnabarisi. Argent. 1780.

Prorsus damnauit usum suffumigii, in morbis etiam topicis.

d) Observatio legitur in IO. GEO. à BERGEN, diff. de Vi deleteria fumi cinnabaris antimoniī. Frst. 1725. resp. VNGNAD.

e) The laboratory laid open p. 252. seq.

or e),
anti-
r su-
rtifex
ponii
uo et
con-
ionii,
rodit
i, et
vero

, et
E e).
Idem
miafi

i, in

B E R-
inna-
V N-

seq.

Idem auctor docuit cinnabarim antimonii
fine mercurio sublimato corrosiuo, ex merc.
viv. p. XIII, Sulph. p. V, et antim. crud. p.
I, et dimid. per sublimationem, praeparare.
Alia methodo absque *antimonio crudo* cinnabari-
nis antimonii paratur, nimisum ex sul-
phure antimonii aurato et mercurio crudo.
Ex eodem sulphure aurato et mercurio sub-
limato corrosiuo, idem productum obtine-
tur, monente iam NEVMANNO f).

KENELMI DIGBAEI mercurius dia-
phoreticus nil aliud est, quam species cin-
nabaris antimonii. Iubet ille mercurii viui
libram vnam et sulphuris antimonii aurati
vncias quatuor terendo miscere ac repetita
sublimatione combinare. Vires, quas cin-
nabarim antimonii praestare crediderunt olim,
prolixe recensuit FR. HOFFMANN g).

Sed cum taedii et periculi plena opera-
tio illa, conficiendi cinnabarim antimonii ex
mer-

f) l. c. p. 461.

g) In diss. de Cinnabari antimonii Ten. 1681.
resp. GRÜLING.

mercurio corrosiuo et antimonio, hodie prorsus euiluit, nam faciliori tutiorique methodo butyrum antimonii obtinetur *h)*, quod chirurgicis v̄sibus inferuit solummodo tanquam septicum externe adhibendum, in morbis cornae, aliisque topicis vitiis, quae septicum desiderant. Commodo satis hic locum inuenit *Aethiops* ille *Auripigmentalis*, quem ego superfluis adnumerare medicamentis nullus dubito *i).*

Proxime cum his conuenit mixtio mercurii, siue viui, siue eius praeparati, cum aliis pharmacis, quae sola trituratione vulgo mis-

h) Videatur in Libro notissimo: Almanach für Scheidekünster vor 1780. p. 121. sq. haec methodus, quae E. NEUMANN Olim non ignota l. c. pag. 1464., vt itaque *nouum inuentum* dici non poscit.

STAHILIVS jamiam docuit parare butyrum antimonii absque mercurio sublimato corrosiuo, et eius methodum nūper emendauit *BAUME* l. c. P. 2. pag. 493 et 92.

i) *HARTMANN, PHIL. IMMAN.* diss. de Aethiope antimoniali et auripigmentali. Hal. 1759.

miscentur, et latiori sensu *Aethiopis* speciem
constituant. De quibusdam supra dixi k).

Angli in primis amant *mercurium alcalatum*, h. e. mercurium cum absorbente quodam
longa trituratione in puluerem subtiliorem
communatum. Datur in Germania etiam ex
lengo tempore mercurius dulcis cum absor-
bente. Vtrinque medicamentum non solum
in morbis venereae indolis, sed et contra
vermes dari solet. Anglis quoque placet *Ae-*
thiops ex mercurio viuo et resina Guaiaci.
Praescribitur autem vel scorsim, vel vnam
aliis forma pilularum l).

Ipse puluis alterans PLVMMERI est spe-
cies *aethiopis mercurialis*. Eius medicamenti
historiam, nec non similium, in libro uti-
lissimo recensuit Ill. NICOLAI m), nobisque
otium fecit.

Lu-

k) Progr. II. p. 29.

l) de variis pulueribus mercurialibus v. NI-
COLAI, l. c. p. 796, sq.

m) l. c. pag. 476. sq.

Lubentissime et hic testor, per annos vi-
ginti et ultra saepissime et diu continuato
vſu aegrotis meis summa cum euphoria
PLVMMERI medicamentum varia forma
me praescripsisse, nec memini vñquam me
noxiū effectum vidisse.

In tinea capitis sanatu admodum difficulti,
multis aliis medicamentis frustra adhibitis, se-
mel mirifice profuit pilularum forma puluis
alterans **PLVMMERI** et **CONIVM STOER-**
CRI, illasque pilulas deinceps aliis aegrotis in
morbis venereis frequentius praescribere coepi,
et semel tantum spes mea fecellit, in menta-
gra venerea viri, quem nec tribus vicibus
repetita saliuatio sanare potuerat, cui puluis
Conii cum melle, forma electuarii tandem
restituit sanitatem.

Cum tanta sit multitudo mercurialium,
vt Viri Cl. C V L L E N n) S A V N D E R S o) D V N-
C A N p), F A L C K q) vtilissimo consilio in
vſum

a) in Mat. med.

o) in versl. anglica libelli Cl. P L E N C K.

p) Tr. on Mercury;

q) Tr. on Mercury,

vsum iuniorum medicorum, haec omnia in tabula quadam consignarent, non dubitauit primam eius partem hic apponere, ut lecturi eo melius perspicere queant, quae hactenus in vfu fuere.

Occurrit itaque

I. *Mercurius*, isque purgatus, tritus,

a) absque additamento,

Aethiops per se, ingrediens *Trag. K E I-
SERI;*

b) c. melle

Pil. Mercur. Ph. Edinb. 1744.

c) c. Balsamo vel Terebinth.

1) *Pil. Merc.* Lond.

2) *Empl. comm. c. Merc.* Lond.

3) *Empl. Merc.* Edinb.

4) *Vnguent. coerul.*; mitius et fortius,
Lond.

5) *Cerat. Merc.* Lond.

d) c. *Resina* (v. c. *Guaiaci*)

1) *Pil. Merc.* Edinb.

2) *Pil. Aethiop.* Edinb.

e)

e) c. Gummi (v. c. Arab.)

i) Solutio]

2) Pilulae]

3) Syrupus]

f) c. Pingued.

Vuguenta merc. varia.

g) c. Gelat. Ranar.

Empl. de Ranis t. Merc. Vigonis, varia proport.

h) purg. variis

Pil. Mercur. var.

i) c. terra absorb.

Merc. alcalisatus Anglor.

k) c. Saccharo

Merc. Saccharatus Edinb.

Sach. Vermifug. Paris.

Aethiops purgans. Huc pertinent Thrichsi et Morsuli.

l) c. Sulphure

1) Aethiops vulg. et antim.

2) Cinnab. varia, sublimatione

3) Aeth. Auripigmental.

m)

- m) c. Sulph. ant. aurato
 1) *Pulu. alterans Plumneri*
 2) *Kleinii Merc. diaph.*
 n) c. Manna
 > *Trag. KEISERI*
 o) c. *Mica Panis*
Pil. Merc. var.
 p) c. *Conseru. Rosar.*
Bol. coerule.
- II. *Mercurius igne calcinatus*
 a) per se
Merc. calcin. Lond.
Merc. praecip. per se
 — *calc. niger Boerh. de Merc.*
 b) cum Auro
Merc. praecip. Solaris Astruc. Panacea
vulgo de la Vigne.

Iam sequuntur praeparata Salino-mercurialis varia, quae sicut modo *calces s. praecipitata*, modo *sublimata*, quae, ut facilius patet, non inutile censui tabulam sequentem hic exhibere.

m)

E

III.

III. Mercurii solutio alia fit

a) per acidum nitri, quae fissit

Solut. Merc. Edinb.

Calcem Merc. Edinb.

(*Merc. praecipit. alb. v. infra*)

Merc. praecipit. rubr. et Arcan. torallin.

Mercur. coerule. (vid. Apoth. Cal. vor

1781. p. 14.

b) per acid. Salis communis, vnde

Merc. sublim. corrosiv.

— *dulc.*

*.) *Calomel.*

**) *Aquila alb.*

Merc. praecip. alb.

Mercur. diaph. violac. Cl. ASTRVC, f.

Flores ammoniaco-mercuriales. sc. Ae-

thiops et Sal comm. per subli-
mat. si vero

Sal ammon. et merc. trituratione mi-
centur, et deliquescit haec mi-
cela, nascitur

Solutio mercurii per deliquium Cl.

ASTRVC.

Mer-

Mercur. dulc. martiatus Cl. HART-

MANN v. infra

c) per acidum Vitrioli, unde

Merc. praecip. flav.

f. Turpethum minerale et

Oleum Mercurii

d) c. acido acetii,

Solutio merc. et cupri in acido nitr.

euap. et noua digestione cum

aceto, dat *Merc. praecip. virid.*

Sola trituratio mercur. c. aceto dat

Mercurium Keyseri, et simile produ-

ctum fistit calx mercurii per

acidum nitri facta, et deinceps

aceto soluta.

e) c. acido Tartari,

sc. Calx merc. per acid. nitri facta,

acido tartari soluta dat

Mercurium tartaratum Cl. MONNET

et PRESSAVIN.

Tandem habemus etiam

Mercurium alcalisatum, sc. cum mercu-

rium neque alcali fixum, neque volatile sol-

uere possit, calx antimonii saepius dicta, per acidum nitri parata, soluitur per spiritum salis ammoniaci causticum, vulgaris enim non satis efficax est. Eadem calx mercurii soluitur quoque a lixiuio sanguinis.

Ne omittam quidquam, quod aliqua ratione ad mercurii historiam pertinet, repetitionis causa hic appono aliam tabulam mercurialium, quam supra laudati auctores nobiscum iam olim communicarunt.

Sistit haec

IV) Salino-mercurialia correcta

A) per abstract. acidi

a) per calcinat.

Merc. corros. ruber L.

— calcinat. E.

— praecip. rub. E.

b) per attract.

a) aquae

Pulv. Principis N. D.

β) per alcohol

Mercur. corall. L.

Pa-

Panac. Merc. E. 1744.

γ) per aqu. et alcohol

Arcan. Corall. N. D.

Panac. Merc. rubr. N. D.

δ) per camphoram

Pil. e Turpeth, min. Ph. P. E.

Mista vnguenta Merc. c. camph.

c) per attract. et praecip.

α) per alcali fix.

Merc. praecip. fusc. E. 1744.

[Huc pertinet quoque *vnguent ZEL-*

LERI et WERLHOFII ad

Scabiem ex mer. praecip. alb.

et oleo tartari per deliquum.]

β) per alc. volat.

Merc. praecip. alb. E. et L.

Vnguent. e Merc. praec. L.

γ) per alc. volat. et cupr.

Merc. praecip. virid. E.

B) per addit. Mercurii

a) *Merc. sublim. dulc. L. E.*

**) Calomel*

**) *Aquila alba.*

b) per addit. Vnguent.

Vnguent. citr. E.

Aliaque vnguenta.

Praeparata salino - mercurialia *acria fastia*,
sunt

a) per solut. praecipit.

Merc. praecip. solutus

b) per addit. acidi

Solut. Sublimati, cum acido salis

c) per suspensionem c. sale ammoniaco

Merc. corros. nitrosus

*) *Wards White Drops*

Merc. corros. muriaticus.

Ultimo demum memoriae causa hic ite-
rum repeto

*Mercurialia cum metallo quodam vel
semimetallo mixta, et hic occur-
runt mixtio mercurii*

a) c. Cupro

Merc. praecip. virid.

b) c. Marte

Merc. dulc. mart. Cl. HARTMANNI

c) cum antimonio

Pul-

*Puluis IACOBI, f.**JAMES POWDER.*

sc. calx duplex ex merc. et antimon.
simul parata.

Aethiops antim. Huxhami

*) c. Sulph. antim.

Pulv. alter. Plummeri

**) c. Auripigm.

a) Aethiops, auripigm.

*β) Merc. subl. coloris variegati, ex merc.
subl. corros. et auripigm. v. Apoth.*

Calender vor 1781. p. 57.

Vix hoc pertinet *Merc. praecip. solaris Cl.*

A S T R V C, vulgo *Panacea de la
VIGNE,*

non tamen in catalago mercurialium metalli-
corum omitti poterat.

Sic occurunt inter praeparata composita
*Trothisci ESCHAROTICI cum minio LE-
MERY, et alia formula Parisiensium.*

De singulis illis mercurialibus nunc seor-
sim dicam.

Tra-

Pul-

Tradam vero seorsim, quae pertinent
ad historiam singulorum, præparationem va-
riam, usum medicum, et agendi modum,
incipiendo a solutione mercurii ope spiritus
nitri concentrati. Etenim haec multorum ba-
sin constituit, et facilime omnium perfici-
tur. Sed de his omnibus proxima occasione,
nam nolo inchoare nunc doctrinam illam,
quam absoluere non possem in hoc libello
mole paruo.

erinent
em va-
iodum,
spiritus
um ba-
perfici-
asione,
illam,
libello

ERRATA PRAECIPVA.

- p. 7. l. 11. lege, praeparatorum.
— — penult. *illo*, l. *alio*.
p. 10. l. 12. leg. *si*.
-

ANGLICANA LIBRARIA

ANGLICANA LIBRARIA
COLLE. F. C. M. M. —
A. 16. 1. 1. 1. 1.